Jowiński Thomas Joannis: Quaestio logica de substantia.



✠

In Nomine Domini, Amen.

QVÆSTIO LOGICA, DE SVBSTANTIA,

SUB FELICISSIMIS AUSPICIIS,

Magnifici, Perillustris, & Reverendissimi Domini,

D. M. MARTINI WINKLER,

Sacræ Theologiæ Doctoris & Professoris,
Collegij Majoris Senioris Patris,
Ecclesiarum, Cathedralis Cracoviensis CANONICI,
Sandomiriensis PRÆPOSITI, Kielcensis SCHOLASTICI,
CVRATI Premykovien: Contubernij Hierosolymitani PROVISORIS,
Almæ Vniversitatis Cracoviensis,
Generalis & Vigilantissimi



RECTORIS:

A

M. THOMA JOANNE SOWINSKI,
Philosophiæ Doctore & Professore,
Contubernij Philosophorum Seniore,

Pro Loco in Collegio Minori obtinendo,
Publicè ad Disputandum
In Peraugusto DD. Theologorũ Lectorio,

PROPOSITA.

Anno Domini 1696. Die 31. Mensis Martij. Horâ 13.

CRACOVIÆ, TYPIS VNIVERSITATIS.

QVÆSTIO.

V. In Prædicamento Subſtantiæ; cujus ratio formalis conſtitutiva eſt eſſe per ſe; diviſæ in primam & ſecundam diviſione Analoga; habentis proprietates ſex à Philoſopho aſſignatas; Deus aliquomodo reponi poſſit, necne?

CONCLUSIO I.

SUbſtantia in ſua ratione formali, conſtituitur per eſſe per ſe.

COROLLARIA.

I. Conſtitutivum Subſtantiæ, non eſt pura negatio eſſendi in alio; licèt ejus conſtitutivum per talem negationem poſſit aliquomodo explicari.

II. Ratio formalis Subſtantiæ eſt Eſſe per ſe, vt excludit eſſe in alio, nedum per modum Accidentis; ſed etiam per modum partis in toto, præſertim eſſentialis.

III. Subſtare, alijs non eſt conſtitutivum Subſtantiæ, ſed eſt proprietas quædam illius eſſentiam conſequens.

IV. Subſtantia antecedit Accidentia, tempore, naturâ, definitione, & cognitione.

V. Eſſentia Subſtantiæ, eſt per ſe exiſtere aptitudinaliter, non actu.

CONCLUSIO II.

DIviſio Subſtantiæ in primam & ſecundam eſt ſecundùm quid Analoga.

COROLLARIA.

I. Diviſio iſta ſive primò, ſive ſecundò Intentionaliter ſumatur, eſt recta.

II. Si

II. Si Divisio Substantiæ sumatur ratione substandi, & secundò intentionaliter, ita est Analoga.

III. Prædicta Divisio Substantiæ, non est Univoca.

IV. Neq; divisio hæc est vocis ambiguæ in sua significata; sed subjecti in Accidentia.

V. Divisum hujus Divisionis, proprium est, ipsa natura Substantiæ.

CONCLUSIO III.

PRoprietates Substantiæ sex, rectè à Philosopho assignantur.

COROLLARIA.

I. Proprium Substantiæ est, non esse in subjecto inhæsivè.

II. Omnes Substantiæ conveniunt Univocè, id est, Substantiæ secundæ, & differentiæ earum prædicantur de primis univocè.

III. Significare hoc aliquid Substantiæ primæ; jam autem significare quale quid, convenit Substantiæ secundæ.

IV. Substantia non habet contrarium, nec suscipit magis & minus; benè tamen contraria, secundùm sui mutationem.

V. Prædictæ Proprietates non sub eadem acceptione Proprij, conveniunt Substantiæ.

CONCLUSIO IV.

DEUS nullo modo reponi potest in Prædicamento Substantiæ.

COROLLARIA.

I. Falsa est opinio illorum, qui asserunt, DEUM in Prædicamento Substantiæ, saltem indirectè posse reponi.

II. Licèt DEUS non ponatur in Substantia; benè tamen Christus Dominus, qui verè, directè, & propriè, reponitur in ipsa.

III. Sola Composita ex Materia & Forma, genere & differentia, habent capacitatem, ut directè reponantur in Prædicamento Substantiæ.

IV. Substantiæ Completæ Immateriales Creatæ, ut sunt Angeli ponuntur in hoc Prædicamento.

V. Substantiæ Creatæ Incompletæ, ut sunt Differentiæ, & partes Substantialis Compositi, indirectè & reductivè ponuntur in Substantia.

Et hæc Universa Substantiæ Omnium Primæ, Æternæ, Incorporeæ, Infinitæ, Immensæ, DEO OPTIMO MAXIMO, Scripta, dicta, ac dicata sunto.



Permissu Magnifici Domini
RECTORIS.

